

/ Ill^{me} et Rev^{me} Domine.

Scio Ill^{mam} et R^{mam} D. V. cum auctor fuit S^{mo} ut mihi ecclesiam Virdunensem committeret eo spectasse ut mature huic iugo assumptus, ministrum eidem ecclesiae utilem me cito praestarem; illudque potius a me reposcere pro sua pietate quam ut gratias referre velim; eoque mihi diligentius esse adlaborandum deinceps, ut in qua vocatione vocatus sum, ita ambulem ut me bonum militem Christi Iesu praebeam. Quod idcirco me curaturum quantum Deus dederit, Ill^{mae} et R^{mae} D.V. sancte polliceor, ab eaque peto ut quemadmodum honoris fuit, ita etiam sit mediator apud Deum ut oneri me non imparem caelestibus donis ministrum efficiat meque amare, tueri, protegere atque hanc ecclesiam benigne pergat. Mussiponti 14 Aprilis 1611.

10 Ill^{mae} et R^{mae} D.V.

15 Humillimus Servus

Catolus a Lotharingia

Comes de Chailligni electus Virdunensis.